GREGORIUS MAGNUS. HONORIUS AUGUSTODUNENSIS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 32r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36569
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Igitur cui minime patiens est caritas non est. Et hoc quippe impa
uentie uitium ipsa utilitatum nutrix doctrina dissipat.
Septimum namque est Doctrina uiri patientiam noscit. Tan
to quippe minus quisque ostendit doctus. quanto minus conuincit pati
ens. Neque enim potest uerace bona docendo impendere si
uituperando nescit equanimiter aliena mala tolerare. Per
hoc quoque impatientie uitium plerique mentem arrogan
tie culpa infligit. quia dum despici in mundo hoc quisque non
patitur bona si qua sibi occulta se ostentare conatur atque sic
per impatientiam usque ad arrogantiam ducitur. dum quia fer
re despectionem non potest detegendo semetipsum in ostenta
tione glorietur. Unde septimum est. Melior est patiens arro
gante quia uidelicet eligit patiens quelibet mala propter
ui quam postentationis uitium bona sua occulta cognos
ci. at contra eligit arrogans bona de se uel falsa iac
tari. ne mala possit uel minima perpeti. Quia igitur cum pa
tientia relinquitur. iam bona reliqua que iam gesta
sunt destruimus. recte ad ezechielem ait in altare
dei fossa prohibetur. ut in ea uidelicet superposita holoca
usta seruentur. Si enim in altari fossa non esset. omne quod
in eo sacrificium reperiret superueniens aura dispge
ret. Quid ut accipimus altare dei in animam iusti que quot
bona egerit tot super se ante eius oculos sacrificia impo
nit. Quid autem est altaris fossa in bonorum patientia. que
dum mentem ad aduersa tolerandum humiliat. quasi
more fouee hanc in imo positam demonstrat. fossa
igitur in altari fiat ne superpositum sacrificium aura dispergat.
sed electorum mens patientiam custodiat. ne commota
uentro impatientie. et hoc quod bene opata est amittat. Be
ne autem hec ea de fossa unius cubiti esse memorat. quia nimi
rum si patientia non deserit unitatis mensura seruatur.

magis